



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 39. Mamertus Claudianus. Opera ejus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

fervens oratio, jejunia, lacrymæ junge- Sæculum V.
bantur. S. Mamertus integrum S. Ferreoli A. C. 476.
Martyris Corpus, & S. Juliani Brivaten-
sis Caput ex veteri Ecclesia ad Rhodani
ripam in novam, a se ædificatam, trans-
tulit. Multi Abbates, & Monachi ad
hanc Cæremoniam convenerunt, cum-
que noctem vigiles transegissent, & eru-
ta fuisset pars terræ, tres tumbas conspe-
xerunt. Dum omnes animo suspendun-
tur, quænam S. Ferreoli esset, ex adstanti-
bus aliquis dixit, pro re certa ab omnibus
haberi, S. Juliani Caput in uno S. Ferreoli
Sepulchro inclusum. Et opportune id
monuit, nam in tertio loculo, & unius
Corpus, & alterius caput inventum.

§. XXXIX.

Mamertus Claudianus. Opera ejus.

Sancto Mamerto frater erat, cui etiam *Genn. script.*
Nomen Mamertus, & Cognomentum ^{c. 81.} *Sidon.*
Claudianus, Ecclesiæ Viennensis Presby- ^{IV. epist. II.}
ter. Is juvenis Monasticam vitam dux- ^{Bibl. PP.}
rat, quo tempore bonos Scriptores om- ^{Paris. to. 4.}
nés Græcos, & Latinos, Christianos, &
Ethnicos studiose legerat, vir Geometriæ,
Musicæ, Poeticæ, Oratoriæ, Dialecticæ
peritus, Scripturæ Interpres, in solvendis
omnibus Quæstionibus exercitatus, om-
nibus erroribus oppugnandis idoneus. ()*
Fidelis

(*) Exemplum, Monachorum itatum jam illa
ætate a nullo Litterarum gehere abhoruisse,

Sæculum V. Fidelis Adjutor fratri sui, cum titulo ca.
A.C. 476. reret, labores tamen Episcopi subibat
Ipse Lectiones pro Festorum diversitat^e
assignavit, Chorūm, & Cantum dirige-
bat, non minus pietate, quam ingenuo
spectabilis. Scripsit Tractatum de Sta-
tu, seu potius de Natura animæ, ut refu-
taret Fausti, Episcopi Rejensis, libellum,
in quo probare voluerat, solum Deum esse
incorporeum, omnes vero Creaturas, et
iam animam rationalem, corporeas. Fa-
usto Claudiianus respondit, editus tribus
ibid. p.702. libris, in quibus præter alia sequentes de-
Lib. I. c.24. fudit opiniones: *Animam nunquam non*
p.723. *cogitare, & cogitationem ab anima non*
esse distinctam, sed solummodo cogitationis
objectum, quando anima aliud, quam se
ipsam, cogitat. Tota anima, ipsius opi-
nione, per suam Substantiam cogitat, at-
que error est, credere, Potentias ejus ab
ipsa anima aliud esse. () Res quoque ita*
se habet cum voluntate. Tota anima vo-
luntas est, sicut tota est cogitatio, & velle,
non est aliquid ab animæ Substantia distin-
ctum. Id solummodo accidentale est, quod co-
gitet, vel velit, aut hoc, aut aliud objectum.
Amor non est pars animæ, sed tota anima,
hinc præcipitur nobis, ut Deum ex tota
animæ

(*) Ex his probatur antiquitas illius opinio-
nis, quæ omnia accidentia absolute tam a materia
quam a Spiritibus removet.

anima nostra amemus. Opus concludit Sæculum V.
 Recapitulatione decem propositionum, A. C. 476.
 quarum præcipuæ sunt: *Deus est incor-* p. 557.
poreus, Homo ad Imaginem Dei creatus 1.
est, ergo Anima ejus est incorporea. Essen- 3.
tia Animæ est ratiocinari, atqui Ratio
nec a corpore dependet, nec a loco. Vo-
luntas non est Corpus, & nihilominus est
substantia Animæ. Non datur Corpus sine
longitudine, latitudine, altitudine, atqui
Animæ nulla est mensura. Anima nec la-
tus dextrum, nec sinistrum, nec partem su-
periorem, nec inferiorem, nec anteriorem,
nec posteriorem habet, ergo incorporea est.

4.

9.

10.

Claudianus hoc opus dedicavit Sidonio, ne cum Episcopo, quem hortatorem habuerat, ut illud vulgaret. Quam magni illud ficeret Sidonius testatus est, datis duabus epistolis, una ad aliquem, nomine Nymphidium, altera ad ipsum Claudianum, in qua eum optimis Scriptoribus Profanis, & Ecclesiasticis æquiparat. Laudat etiam Claudiani Hymnum, carmine trochaico compositum, quem Hymnum Passionis *Pange Lingua &c.* esse putant. Aliud quoque Carmen Claudiani contra Poesin profanam habemus. Obiit, quamvis junior esset, ante fratrem suum Episcopum. Sidonius Defuncto Epitaphium IV. ep. II. scripsit, cum Elogio, quod Petrejo ex ipsorum Sorore nepoti, misit.

*Bibl. PP.**p. 762.*